



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm Dvorvm Evvaldorum Presbyterorum. Ex historia Angelorum
Venerabilis Bedæ. Lib. 5. Cap. 11 a Paßi sunt anno Domini 693. iuxtà
Chroni. Sigeberti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

scriptis de eo mandata inueniuntur, miracula, sexaginta mortuos excitasse legitur; quadraginta & vnum cæcos illuminasse; quinquaginta duos contractos sanasse; viginti & vnum paralyticos restituisse; cæcis & mutis viginti tribus lumen reddidisse.

Multa eius & admiranda miracula.

MARTYRIVM DVORVM * EVV AL-
dorum Presbyterorum. Ex historia Angelorum
Venerabilis Bedæ, Lib. 5. Cap. 11. a Passi sunt
anno Domini 693. iuxta Chroni. Sigeberti.

* Heuual-
dorum.
a Teste C. Ba-
ron. in Notat.
Martyr.
Rom. &
Tom. 8. An-
nal.

QVO tempore VVitbertus in Frisia, fru-
strà diu multumque in opus Euangelij
desudabat, Ecgbertus vir Domini quia
ipse propriæ Ecclesiæ necessitate retentus, ad
prædicandum gentibus proficisci nõ poterat,
tentauit adhuc in opus verbi alios egregia san-
ctitate & Christianæ facundiæ laude præstan-
tes viros mittere: in quibus eximius Vville-
brordus presbyterij gradu & merito præful-
gebat. Qui cùm à Pipino Francorum duce gra-
tanter suscepti, & in citeriorem Frisiam, ad
prædicandum missi, haud pœnitendos operæ
fructus facerent, multosque ab infando idolo-
rum cultu ad Christi fidem conuerterent: duo
presbyteri, ex Anglia oriundi, qui in Hybernia
multo tempore pro fide ac religione exula-
rant, horum exemplo prouocati, pariter ad
prouinciam antiquorum Saxonum venerunt; si
fortè aliquos ibidem prædicando Christo lu-
crari possent. Erat vtrique nomen Evvaldus ea-
tamen distinctione, vt pro diuersa capillo-
rũ specie, vnus niger, alter albus Evvaldus di-
ceretur. Quorum vterque pietate religionis
imbu-

3. Octob.
S. Vville-
brordi viis &
reperies le-
gor. 7 No-
uemb.
Patria Ea-
ualdorum.

imbutus; sed niger Evvaldus magis sacrarū literarū erat scientia instructus. Qui veniētes in prouinciā, diuenterūt ad villici cuiusdā hospitiiū; obnixè ab eo petentes, vt ad Satrapam (neque enim Regem antiqui Saxones habebant) legationem suam exposituri transmitterētur.

Suscepit eos benignè satis villicus, fouitq; diebus aliquot, spondens se postulata facturū. Inter ea verò cogniti à barbaris, quod Christiana essent religione imbuti (nā hymnis & psalmis quotidianisq; precib; sedulò vacabāt & sacrificium salutaris victimæ Deo offerebant) sinistra apud eos suspicione laborare cœperunt, quòd Satrapam à deorum Cultu auertere, & ad Christi fidē traducere intēderent. Itaq; mutuis sermonib; pestiferisq; cohortationib. excitati, subitò, in eos impetu factò, nefarias illis manus intulēre; albū quidem Euualdū gladio interimentes; nigellum verò longo suppliciorum cruciatu, & horrenda membrorum omnium discerptione gloriosa morte afficientes.

SS. Euualdi crudeliter necantur.

Satrapas vlcisitur necem eorum.

En insigne miraculum.

Porro Satrapas, cognita peregrinorū interneccione, immani ira excandescēs vicinos illos omnes ferro flammaq; deleuit, vicumq; incendio penitūs consumpsit. Corpora autem ab homicidis illis in Rhenum proiecta, cōtrā impetum fluij decurrētis per quadraginta ferè passuum millia, ad loca, vbi eorum erant socij radio lucis permaximo desuper fulgēte, transfuēta sunt. Postremò vnus martyrum istorum, viro cuidam illustri, cui nomen Tilmon, in visione nocturna apparuit; monuitq; ibidem eorum corpora esse, vbi splendor ille caelestis fulgebat. Itaq; Tilmon, qui ex milite seculari

Chri-

Christianæ militiæ monachus nomen dederat, socijs suis eam visionem aperuit; inuentaque eorum corpora digno martyribus honore sepeliri curavit. Quo comperto, gloriosus Dux Francorum Pipinus, adducta ad se sanctorum corpora, splendide admodum honorificeque in Ecclesia Coloniensi condidit. Postremò S. Anno secundus Coloniensis Archiepiscopus, anno Dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo quarto, quinto Nonas Octobris, ex oculis propter præcedentium ignorantiam admodum vilibus (vt ipse vir sanctus consignatis manu propria literis testatum reliquit) transtulit.

Ea Ecclesia hodiè S. Cuniberti vocatur. S. Annonis vitam reperiet Liber 4. Decemb.

Vide Tom. 10. Annal.

C. Baron. & eius.

In Martyr.

Rom. Notat.

**al. Guntherum & Gontir.*

**Bromiensem.*

3. Octob.

Patria & parces eius.

Spiritalis profectum eius.

Asciscitur in familiam Comitis Berengarij.

liaris

VITA S. GERARDI ABBATIS: EX EA
quam Gregorius Episcopus Tarracinensis, ad
Gunterum Broniensem Abbatem conscripsit.
Obijt anno Domini 958.

VIR Domini Gerardus claris quidè natalibus illustris, sed morum vitæque integritate illustrior apud Stallerelbas Lomacensis territorij vicum, patre AErantio ex profapia Haganonis Aufrasiarum Ducis, matre Electrude, quæ Stephani Tungrorum Episcopi germana fuisse memoratur, procreatus est. Is à teneris vnguiculis pietatis studio mirè deditus, prauorum deuitans consortia, animum assiduis precibus, monitisq; salutaribus erudiebat; quæ, sacrarum ædium terens limina, illic à diuini verbi præconibus hauriebat.

Ea tempestate Comes Berengarius Namurcensis castri dominus hunc iuuenem in suã asciscuit familiã: eiusque opera magno rei familiaris